Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IV. Finis est principium

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Visual Library

II. Verùm hîc objicitur: Finis alius ultimus eſt, intermedius alius, ut vel ex *I. Eth. c. I. & IX. Metaph. t. 16.* conſtat. E. non omnis finis eſt ultimum.

III. Reſp. finem intermedium eſſe ultimum, non ſimpliciter, ſed reſpectu præcedentium mediorum, quorum eſt finis. Et cùm ex *cit. t. 16. L. IX. Metaph.* conſtet, finem intermedium finem quidem eſſe; ultimum tamen eſſe magis finem, non mirum eſt, illi quoque *τὸ ultimum eſſe* non ita ſimpliciter convenire.

REGULA IV.

Finis eſt principium.

Ita Ariſtoteles, *IX. Metaph. t. 14. I. Eth. c. XII.* & alibi. Eſt enim cauſa. At omnes cauſæ principia ſunt, *V. Metaph. c. I.* Sed hæc Regula cum præcedente adverſis frontibus videtur pugnare. Omne enim principium eſt primum, ut dicitur *locô jam cit.* Sed primum & ultimum è regione ſibi opponuntur. Et litem hanc dirimet, & utramque Regulam illuſtriorem & explicatiorem reddet ſubſequens.

REGULA V.

Finis eſt primum in intentione, & ultimum in executione.

I. Ita vulgò. Ex Ariſtotele *III. Eth. c. II.* poteſt ita formari: *Finis eſt primum ἐν τῇ ἀναλύσει, ultimum ἐν τῇ γενέσει.* Duplex eſt ordo: unus in actibus intel-